

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum
festiuitatibus habitae

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII

Quibus admiranda, quibusue imitanda sit beata Maria Magdalena. Sermi. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

batur nulli à Domino viam perfectionis ostendi, qui habens vnde valeat erudiri, doctrinam seniorum vel instituta contempserit, paruipendens verba illa. Interroga patrem tuum & annunciat tibi, maiores tuos, & dicent tibi.

Deut 31.

Itaque hac humilitate discretio, & non solum discretio, sed etiam quam tertio loco posueram, obedientia hilaris generatur: vnde scilicet puer in religione seu futuri profectus quodam præfagio ornatur. Siquidem hæc modo nouitium omnibus reddit amabilem atque commendabilem, nec quisquam facilè porest non optima sperare de illo, quem viderit ad contemnendas proprias voluntates, & superiorum exequenda iussa, non vult in rugas contracta, aut lento & difficulti gradu, sed alacriter hilariter prope- rare. Possent quidem multa in huius laudem virtutis dici, sed quia sapientia de ea dixisse me memini, hoc loco supercedeo. Tamen hortor, nudum nouitios sed & vos omnes alios fratres charissimi, vt nihil obedientia preponatis.

Obedientia
quænam po-
tissimum
nouellas
plantas de-
ceat.

Quicquid contra obedientiam Deo obtulerimus, non habebit laudem vel meritum, sed supplicium. Multæ sunt, id est, virtutes congregauerunt diuitias me- ritorum, sed obedientia supergressa est vniuersas: quia si vera sit, nunquam suo caret etiam ingenti præmio: cum tamen multa siant bona, quæ quia ex propria voluntate profecta sunt, parum aut nihil meriti comparant ob vitia illis admixta. Præstet nobis Dominus Iesus per merita sanctissimi Præcursoris sui, vt quæ hactenus dicta sunt re ipsa exequamur ad laudem & gloriam ipsius, Amen.

IN SOLENNITATE BEATISSIMÆ MARIAE Magdalenæ.

Quibus admiranda, quibus imitanda sit B. Maria Magdalena.

Sermo 1.

VI DE S hanc mulierem? Luc. 7. In cæteris festis sanctorum fratres charissimi, tametsi celebritas ipsa diei nobis pariat gaudium, & sacra gestorum lectio ad emendationis vitæ nos inuitet exemplum: est tamen quorumlibet ferme sanctorum solennitas catenus nobis aliena, quatenus de illorum innocentia, & sanctitate duntaxat agitur, quæ à nobis peccato obnoxii, vt imitari possit, penè desperatur. Porro hodie sanctissimæ Magdalenæ, haud aliter ac proprio sancto ex ordine nostro, hoc est, ex ordine peccatorum festi agentes, gratulamur: & quod peccatrix conuersa ad summum sanctitatis gradum evecta sit, consolamur. Idcirco sacra Euangelica historia lectio ante mentis oculos hodie nobis spectaculum proponit, quod si accurata consideratione intro recipiatur, non potest cordis nostri duritiam non compungere, scindere, vulnerare. Introducitur namque mulier peccatrix, nō minus vanitate, quam nobilitate insignis, peccati laqueus, diaboli rete, seductrix animalium, ex prædicatione Domini atque occulta eiusdem inspiratione in vas electionis gratissimum conuera, veniens ad Iesum & suæ turpitudinis conscientia, non in faciem, non ante oculos creatoris sui audens comparare: sed præ verecundia stans retro, ex humilitate secus pedes Domini Iesu, propter dolorem, & contritionis abundā-

Luc. 1.

Rom 6.

Magdalena
quō se totā
Christi ob-
sequio man-
cipārit.
Conuersio-
nēs
perfēctio
quanta.

Charitas o-
pera nostra
Deo accepta
reddi.

Quantæ sit
temeritatis
peccatorum
aliquem
spernere,
aut scilli
anteferre.

Gala 1.
Gregor.

Familiaritas
Christi erga
Magdalena
quanta.

tiam lachrimis domini pedes rigans, ex feruenti deuotione lanans, & capiliis tergens, præ amore denique insatiabili eosdem domini sui pedes indeſi-
nenter osculans & vngens, vt obſeruarer illud, quod postea docendum erat
ab Apostolo, hoc est: Quemadmodum exhibuerat membra sua feruente
mundicia & iniuitati ad iniuitatem, ita nunc exhibebat membra sua feruente
uire iustitiae in ſanctificationem. Si quidem corpus totum ad Christi obsequiū
conuerſionē & pœnitentiā dedit. Animam totam pietatis affectibus li-
quefecit, ſpiritu denique totum diuinæ dilectioni atque dulcedini immer-
ſit. Hoc primum eius holocaustum. Haec prima conuerſionis perfēctio. Haec
ſubito naſcentis pœnitentiæ eius exordium. Quid de eius progreſſu pœni-
tentiā, quæ iam iamque conuersa, multis, qui in lethale peccatum numeri
ſunt prolapsi, inuenitur pœſtantior? Non ieiunia, non preces numeroſi,
non alia pœnitentiæ opera (quibus fortaffe Simō ille leproſus diuitem ſe pe-
tabat) habebat, ſed tamen magnam habebat charitatem: qua ſola fit uiu-
nia, orationes, & cetera id genus pœnitentiæ opera externa, ex charitate
quam germina ex radice enata, Deo ſint accepta. Proinde cum à peccato
iurrexerit altiori gradu charitatis perfēctior etiam neceſſe eſt fieri meno
essentiali, omnibus, qui inferiori gradu ſtabant charitatis, quantitate libet
alioqui bonorum numero antecedenter. Quippe cum effetiiale meritū (quæ
& pœmium beatæ fruitionis effetiiale redditur) non ex operibus, ſed ex
charitate, qua opera fiunt, ſit metiendum. Vnde liquet etiam quātū ſit tem-
eritatis, quanti periculi, homini etiam peccatori ſe anteferre, aut illum deli-
picere, tametsi in illo non videantur opera bona aut exercitia bonis aciuia
alijs paria, quandoquidem fieri potest, vt ſubitō conuersus maiore ſurre-
xit charitate, maiori ducatur deuotione ad ea, quæ facere iam incipit auſſi-
tuit, quam is, qui multo tempore, & multis ſudauit operibus, & minoriter
per ſteterit charitate. Neque enim neceſſarium eſt, vt conuersus à peccatis ad
Deum à primo seu infimo charitatis gradu incipiat, ſed fieri potest, veſtigando ſubita mutatione à Deo in altiore gradum ſtatuantur, quam alia di-
qui multis annis Deo ſeruuit. Donum Dei eſt hoc: & cui licebit inde mu-
murare aut querere, cur ille plus, alter minus accipiat? Nolo tamen que
blandiatur fibi de ſola magna charitate, quæ nulla eſt ſi manet ocioſa. Op-
eratur enim magna, ſi eſt. Si verò operari renuit, charitas non eſt. Quapropter
beata Magdalena charitate ardens ſummopere curauit in virtutibus ſe ex-
ercere. Quippe que totam ſe (vt dixi) Christo in obsequium mancipauit, co-
tam ſe ſacrificauit, totaqüe eidem ſemper deinceps adhæſit, ideo peccatorum
ſuorum remiſſionem, obsequij laudem, tantaniqüe à Domino ſaluatori ſuo
gratiā obtinuit, vt non ſolum à peccatis munda pœdicaretur, verū eti-
am per omne tempus vitæ ſue familiarissima diſciplula, filia dilectissima, &
tanquam ſponsa caſtiſſima eius haberetur. Nuſquam (quod puto) ex cano-
nicis ſcriptis liquet, quod post beatissimam matrem ſuam Dominus Iesu
cuius ſanctorum maiorem aut tantam familiaritatis dignatus fit gratiam
impatri, quam vel Ioanni ſuo coſobrino, vel Mariae exhibuit Magda-
lena. Quis enim ita ſuauiter legitur ad pœnitentiam attractus? Gum quo nō
amicabiliter eſt dominus conuersatus? Cum quo tam libenter hospitatus? Cum
ſic ad pedes ſed eti pœdicauit? Quem ita follacitus excuauit? Quem praefen-
tem

tem atque audientem aded laudauit? Cuius orationem tam cito exaudiuit?
 Cui lachrimanti sic collachrimatus est? Quem ex peccatorum fordibus conuersum ad contemplationis apicem, ad omnis sanctitatis perfectionem su-
 bito sic euexit? Prætero quod mundo dederit illam in conuersonis specu-
 lum, pœnitentia exemplum, virtutis simulachrum, & stupendum etiam
 summis anachoretis contemplationis miraculum. Quam tamen non tantum
 admirandam quantum præposuit & voluit nobis imitandam, dicēs vnicui-
 que nostrum: Vides hanc mulierem? Vides? Mirare & imitare. Mirare eius ex-
 cellentiam in perfecta conuersione. Mirare eius vehementiam in lachrimo-
 sa compunctione. Mirare eius verecundiam in pœnitentissima sui cognitio-
 ne. Mirare eius humilitatem in sui derestatione. Mirare eius sinceritatem
 in ardentissima delectione. Mirare eius fidelitatem in castissima adhæsione.
 Mirare eius constantiam in feruenti deuotione. Mirare illius præminentia-
 am in amorosa contemplatione. Mirare & imitare. Non tibi virum propo-
 no, non immaculatæ innocentia tibi exemplar præfigo: sed mulierem & hāc
 peccatricem, hoc est, non tam sexu, quam peccati corruptione fragilem.

Luc.10.
Luc.7.
Matt.26.
Ioan.11.

Luc.7.
Quibus ad-
miranda
quibusue i-
mitanda sit
B. Magdalc-
na.

Fratres, hanc cum omnibus tum præcipue nobis Carthusiensibus &
 pœnitentibus conuenit amare, venerari, imitari, ceu cuiuslibet propriam,
 vel saltem communem ordinis patronam. Patronam dico, non ob hoctan-
 tum, quod eius exemplo statuerit ordo eremiticum seruare rigorem, se cre-
 tamque æmulari solitudinem, sed quod pene omnes quotquot ad ordinem
 venimus, ex magnis peccatis, ex innumeris periculis, non secus ad monaste-
 rium, quam ad Christi pedes configuentes cum Magdalena saluati sumus.

Quibus spe-
cialiter co-
veniat ve-
nerari ac i-
mitari Mag-
dalena.

Cæterum, quid prodest ad pedes Domini configuisse, quid iuuat multa peccatorum & vincula & retia euafisse, quid denique confert ad pœnitentia-
 locum venisse, si pœnitentia opera & veræ conuersonis argumenta nos Deo
 non commendent? Inaniter gloriabimur Magdalena nos esse discipulos, Ma-
 gdalena exemplo conuersos, si operum Magdalena non fuerimus sectatores.

Ioan.8.
Opera Mag-
dalena no-
bis imitanda
que sint.

Sifly, inquit Dominus, Abrahe es tu, opera Abrahe facite. Si sub Magdalena pa-
 trocinio sumus, si eius ad eremum exemplo configimus, opera Magdalena pa-
 faciamus. Ipsa feruentissimis lachrymarum imbribus peccata sua abluit, ip-
 sa Deo semel reconciliata omnem deincepsnoxam cauit, ipsa ardentissimo
 denique amore copulata Christo inseparabiliter adhæsit. Siquidem tanta e-
 am absorbuit vis amoris, vt Christum nec relinqueret prædicantem, nec
 defereret manducantem, sed comitaretur patientem, morienti adstaret, se-
 pulcum curaret, nunciaret resurgentem, videret (vt piè credi potest) ascen-
 dentem. Quantæ dilectionis signum est, quod, moriente Domino in cruce,
 massam terræ cruore Domini madefactam collegit (vt hodie adhuc ostendi-
 tur) & in prædilecti memoriam sibi seruauit? Postremo, cum in celos assu-
 ptum corporeis non posset oculis cōtemplari dilectum, perinde ac si nihil in
 terris amodo sibi haberet relictum, è seculo cum non omnino posset corpo-
 re, recessit mente. Nam ad vastissimam eremum fugiens, et si hominum aspe-
 ctus latuit, Deo tamen & angelis sanctis non incognita mansit. Quibus super
 quo quis etiam alio pœnitentibus, quantum ipsa gaudij illic fecerit,
 vel inde potest aduerti, quod septenis horis qualibet die angelorum manibus
 subleuata, æthereos jubilantium admissa sit audire concentus. Tanta nam-
 que

Eremitica
vita Magda-
lene qualis
fuerit.

que angelorum reverentia honorabatur mulier illa adhuc in terra cœlesti,
ut quocunq; voluisset progredi, non pedum obsequio, sed ductu vheretur
angelico.

Exorandi
pro nobis
privilegium
singulare.
Loaa.ii.

Matt.21.

Luc.10.

Phil.3.
Bernardus.

Labores ma-
nuum cur in
monasterijs

Ad extremum, in gloriam Domini sui recepta gaudet nunc gaudio in-
narrabili. Vbi, sicut olim in terris nobis profuit exemplo, ita nunc succurrat
& fouet nos intercessione, merito ac patrocinio. Singulare namq; creditur
habere exorandi pro nobis priuilegium, cui siugularem familiaritatem gratia
donatum est habere ad Christum. Nam si adhuc in mortali corporis
stitutam adeò dilexit Dominus, ut videns eam contristatam tristaretur, n-
dens lachrymantem lachrymaretur, Lazarumq; ob gratiam eius, que ne-
dum verbo, sed affectu duntaxat orauerat, mortuum suscitaret, quantomq;
diuinis amplexibus iam præuenta, ac super omnia bona Domini sui con-
stituta, maiorem quoque impecrandi gratiam creditur consecuta, ut si
eius conuerfione Domini immensam benigntatem cognouimus, ita et
eius intercessione Domini misericordiam etiam sentiamus. Astipulauit huc
sentientia, quod beata quoque ipsa Magdalena per reuelationem cuiusdam
plano ordinis nostri olim fibi deuotè significauit, post beatissimam Deinat-
trem in cœlis non esse ad obtinendam veniam penitentibus se congruentem
atq; potentiorem. Sed iam ad nos redeamus. Ecce, inquam omnes exem-
plo Magdalena sumus conuersi, omnes è seculo ad penitentiam vocati. Ecce
omnes non aliter atq; preciosæ essemus gemmæ, à Deo sumus selecti, & in
monasterium reconditi. Aspiciamus interiora nostra quantum poniteamus,
quantum & quid diligamus, quid nos moueat, quid afficiat, quid alluciat &
hinc pensemus quantum simus bonis secularibus meliores. Nunquid non
melioram partem elegisse dicimur? Nonne speciosa Ecclesia columnæ per-
dicamus? Et quis exemplo nostro conuertitur? quis aspectu nostris compul-
gitur? Contemplatiui vocamus, & penè quid contemplatio sit, ignoramus.
Spiritnales dicimur, & tamen (italia non sunt) phantasijs, immorificata
desiderijs, & vaniloquijs præpediti, interna negligimus. Congemiscamus,
simil emendemus, simil proficiamus, simil alter pro altero oreamus, vi-
cut modo in præsentis vita miseria iungimur, ita in futura beatitudinis glo-
ria non separemur. Videamus vocationem nostram. Ad hoc desertum veni-
mus, ut ab omnibus mundanis liberi, vni Deo placere curemus. Igitur quæ
retro sunt obliti, ad anteriora no: extendamus. In via Dei, inquit Bernardus,
non progredi, est retrogredi. Et aliud qui dicitur: In ascensiū mōris contempla-
tionis quiescere, est descendere. Cauendum tamen ne vt quidam, ex his vita-
bis Bernardi non satis sobrietate intellectis sumat occasionem a iouis indiscreti-
onis & sui destructionis: quasi in solis spiritualibus Deo oporteat semper va-
care. Quod cum pleriq; ita putant, volunt propterea adeo cibo abstineat, vt
naturæ vim inferant, & digestionē non sentiant, hoc est, adeo tenui volunt
vtialimonia, vt facto etiam prandio, cum vis digestua suam actionem ha-
beat, ipsi eandem ingenij perspicacitatem, eandem spiritus libertatem atque
agilitatem sentiant, quam sentiebāt in aurora. Hoc quid aliud est, quam uel
ture vim inferre? aut naturam non naturam facere. Non sine causa viri san-
ctissimi, Antonius, Basilius, Benedictus, ceteriq; patres in Aegypto omnes,
instituerunt manuum labores fieri, idq; maxime post prandium, credentes

nullum

nullum posse sine opere monachum perseverare: propterea quod aut spiritu, aut corpore aut vtroq; deficiat. Et certè aliter inuenire rarissimum est. Accedit quod ordo quoq; noster tempora distinxit, instituensq; externis, qua*e* item internis seu spiritualibus locanda sint. Siquidem neq; corpore solo, neque spiritu solo, sed vtroq; costamus, & utriusque morē gerere necesse est. Huic aut illi soli indulgere, est seipsum destruere. Adde quod anima finit*a* est virtutis, & varia habet potentias, quarum si quando vna viget magis in actu suo, interim lentescent alia. Alter ieuni, alter post cibum excluso etiam omni Ordinari*e* peccato & crapula*v*itio, sumus dispositi. Quapropter (iunioribus loquor) quam in viuente secundum ordinis institutionem. Reddite qua*e* sunt spiritus, spiritui, monasterij & qua*e* sunt corporis, corpori. Quando dormiendum est, dormiatis: si viuendum landum, vigiletis: si operandum, operemini: si vacandum, vacetis. Interpolationem exercitorumq*ue* mutationem facere, item spiritus exercitia interrumpere, ut confortatus spiritus in vigore perueret, denuoq*ue* ad sua redeat, non est deficere, non est retrogredi, non est descendere, sed progredi & proficere: quia haec non agit dissolutio sed discretio. Admittatur ergo manualia exercitia, sed honesta & utilia: & quoad fieri potest in solitudine moderat*e* ac tempore statuto, atq*ue* vt dixi, propter spiritualia. Et rursus exerceantur spiritualia, idq*ue* fernenter alacriterq*ue* tempore suo. Vbi etiam obseruandum est, vt qua*e* ex debito tenemur, omnino anteferenda sciamus ceteris qua*e* propria voluntas aut deuotio suggerit. Si ita fecerimus, & corpore & spiritu fani integrit*ea* manebimus, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto est benedictus in secula, Amen.

IN EADEM SOLENNITATE.

Amoris erga Deum quinque conditiones quae sint.
Sermo II.

Remituntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. Luc*æ* 7. Speculum hominis charissimi fratres oculis nostris objicit Euangelica lectio, veræ pœnitentiae. Speculūver*e* pœnitentia. in se continens imaginem, Mariam scilicet Magdalenam, ex Aethiopissa in candidissimam, ex cornice in columbam, ex procaci in ve*re* recundam, ex superba in humilem, ex lubrica in castissimam, ex filia diaboli, in Dei filiam, in Dei amicam, in Dei sponsam electissimam subito conuersam: & (vt simul omnia dicam) ex luto & carcere mortalis vit*æ*, ad celestis regni solium translatam. Huius autem tam celeris tamq*ue* felicis mutationis causa, sicut conuersio amorosa ad Christum, non quasi ad prium hominem tantum, sed etiam clementissimum Deum. Vnde factum est, vt dolore confessim vehementissimo cor eius scinderetur, quo simul omnia qua*e* ante gesserat mala, lugens detersabatur. Accederet etiam studium infatigabile placandi (quantopere posset) quem contempserat optimum: denique & deuotione uberrima tota liqueficeret, satagens illi quem offenderat, commendare se se atque acceptam reddere, flendo, obsequendo, osculis demulcendo, & cetera id genus exhibendo, quibus peccoris sui feruorem ardentius excitaret, & futuræ probitatis ac fidelitatis erga Christum indicia clariora ostenderet.

Qqq

Nec